G. Pietkowska Vsusfructu

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Andreas Drzerzek filius olim Nobilis Alexandri Drzerzek annorum septemdecem sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosae Cristinae Markowska relictae primi olim Generosi Alexandri Drzerzek secundi vero matrimonij Generosi Petri Pietkowski coniugi genitrici vero suae charissimae Advitalitatem et Usum fructum Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in hereditate Drzerzki consisten. haereditariis et obligatis ac alio quovis modo et iure titulo concernen. in Areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis stagnis piscinis pomarijs gajs aedificijs Omnibus parvis et Magnis seminatis hyemalibus et vernalibus pecoribus peculiis totaq substantia et suppellectili domestica Nec non subditis eorum fundis cassis censibus dierum laboribus et obedientia ac substantia cuncta gratis Omnibus Utilitatibus fructibus proventibus attinen. Nullis exceptis iuxta inventarium per se conscriptum ad extrema vitae eius tempora inscribit et assecurat Quae quidem bona ipsa Generosa Mater sua tenebit habebit et possidebit illisq ad extrema vitae suae tempora iure Advitalicio utifruetur. Post mortem vero et decessum illius Bona eadem cum Omnibus Utilitatibus et attinen. iuxta hoc idem Inventarium in ipsum recognoscen. seu eius successores devolvi debent absq quavis contradictione succumben. ipsius Intromq cum processu Castrensi accedendum ex nunc admittit

G. Jablonowski Venator ... ex Debitu

Coram offo et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Simon filius olim Martini Perowski de Porska Wyplawij ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Stanislao Jablonowski Venatori Terrae Liwen. et ipsius legitimis successoribus Octo Sexagenas Polon. debiti certi et liquidi mutuatae pecuniae tenere ac debere et ad primam eius requisitionem parata pecunia realiter et effective persolvere. Nec non a mutuatione in tam stricto tempore eiusdem summae in qualibet septimana per duos dies laboribus sua in persona quousq persolverit exercere se de Omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus possessionem suam ad id de eisdem bonis onerandum submittit ac inscribit sub vadio simili aliarum Octo sexagenarum Polon. in defectu solutionis seu laborum non expeditionis et praetermissionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren. Bransken. in primo Cattonis Termino peremptoria responsione ac reali et effectiva ab eodem officio non recedendo tam pro vadio quam et summa essentiali satisfactione Omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosequutionibus eliquis in universum iuris remedijs